



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 3. Dauidis flagella voluntaria suscipientis promptitudo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

146 Cap. VII. Omnes Casus

magna mortaliū varietas. Alij auro niterit,  
alij purpura eminent. Sed in hoc tulipæ  
maxime æquiparantur; quod, cum dies pu-  
rus est, & sol serenus lucet; cum omnia læ-  
ta & fausta; cum quidquid optant, impe-  
trant; tum totos sinus pandunt, tum Deum  
salutant & laudant, iuxta illud: *confitebitur*  
*tibi, cum benefeceris ei.* Et quis hoc non fa-  
ceret, cum etiam bestiæ beneficijs cicuren-  
tur? & canis eum sequatur, à quo panem ac-  
cepit? Quod si verò *Fortuna* vultum auer-  
tat, si cælum nubibus obscuretur, si pluviæ,  
si nimbi cadant *Casuum* aduersorum; tum  
animum contrahunt, tū languescunt men-  
te, tum manu cessant, & cum cælo ipso tri-  
stantur. Neq; hoc satis est, sæpe etiam to-  
nant contra Tonantem; quod fecisse Pha-  
raonem legimus, & complures. Alij non in-  
dignantur verbis, non erumpunt in execra-  
tiones & Diras; animo tamen, & vultu,  
*Fortuna* sanguiente, sunt truculenti, ac, se sau-  
ciatos esse, profitentur.

§. III:

*Dauidis flagella voluntaria suscipientis*  
*promptitudo.*

Psal. 29.8. Talis Tulipa, quæ sole, eiùsque radib;  
Psal. 37. subductis, se se contraxit, fuit Dauid, qui  
ait:

ait: *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Sed alibi se correxit dicens: *in flagella paratus sum.* Neque nominat flagella, sed quæcunque Deo visa fuerint, ad illa se animo paratum & vltroneam hostiā offerat. Decebat enim, ut, à quo acceperat sceptrum, eius non repudiaret flagrum. *Elegisse quidem lego,* ait S. Augustini magister, *S. David flagelli genus, quod aequaliter sustineret.* Sed elegit, quia de tribus ei conditionibus eligenda unius necessitas mandabatur. *Ubi autem non mandatur, ad omnia paratus est.* Dei seruulus, seu corporalem agritudinem subeat, seu fugam à facie inimici, sine obitu filiorum, quos non timet premittere, quia potest recipere imperterritus. *Nam & sciens, quod, si hic fuerit punitus supplicio temporali, leuare in futurum perpetua posse pœnam æruminæ.* Rogat ergo, ut recipiatur petitio sua, & castigetur ipse, ut recipiatur. *Castigat enim Dominus omnem filium, quem recipit.* Si seruulum tuum videas peccata propria confidentem vltro offerre se pœnae, inflecteris, ignoscis; & de Domini miseratione diffidis? Non contraxit se ergo David, sed sin<sup>t</sup> tunc omnes expandit, ad flagella Dei, & ad fortunæ iustus excipiendos, ut castigatus ærumnæ temporali, æternā euaderet calamitatem.

K 2 §. IV

S. Am*bro*s.  
tr*a* in  
Psal. 37.